



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

13 de Forma donationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

recte rationibus, dicat liberorum causam in hac donationis prohibitione esse causam remotam, & ideo non esse consideranda, *gl. in c. de occidendis, 23. quest. 3.* Potissimum, inquit, quia bona donatione perueniunt ad patrem, aut matrem, quibus maxima cura liberorum, vt pote qui in illorum torqueantur magis iniuriis, quam in propriis, *l. isti quidem, quod me. cau. l. si. C. de cura fur.* Etenim liberorum causa hic, non remota, sed propinqua est, *l. 2. de dona. int. vir. & vxor.* & precipua, quemadmodum & matrimonii est finis proles, *c. omne, 27. q. 2. c. sicut, in fi. 32. q. 2.* & ob eam nuptiis donatus fauor, *l. sol. mar. l. 2. de indist. vidui. tollen. C. 8. 1. de nupt. apud fust.* neque est inspicendus hic communis amor in liberos, cum iam videamus ex hac aucupata donatione, affectionem in liberos sublatam, & vxorem vel coniugem prelatos debentis, vt verissimum saepe experimur delinimentis mulieribus coram iudicio patris circa filios, & contra proprium sanguinem iudicium inulte exheredationis constituere, *l. 4. de inoffi. testa. C. in p.* vt contra feminas omni mobilitate leuiore, & feris omnibus crudeliores, prurientes libidinis ardore, nouis maritis, non solum filiorum res proprias, sed etiam vitam addicere, *l. lex qua amoris, de adm. tutor.* tantum abest vt illis sua conferent. Minus a loco diffugium Panorficis, dicens, verendum non esse hodie ob donationem diuortium fieri, cum diuortere non liceat, *c. 1. 2. 3. 12. q. 7. cap. gaudemus, de diuor. ca. ex publico, de conuers. coniuga.* Nam quamquam diuortere non liceat, tamen quod grauissimum est remaneat perpetuae domesticae querelae, & intolerabiles fere causae diuortii. Et proinde praecauendum nunc magis est, vt cum diuortere non liceat, sed aucto & bene conueniens perpetuum retineatur matrimonium. Tertio loco quoque leue videtur argumentum, quod donatio firmari possit morte, ergo iuramento. Distant enim firmari iuramento inter viros irrevocabiliter, *l. ubi etia donatur, de don. cau. mor. P. & testamento, vel vltima voluntate firmari, libera semper remanente reuocatione vsque ad vltimam vitae periodum, c. cum Maribus, de celebra. missi. l. 4. de admen. lega. l. cum hic status, §. si maritus, de donat. int. vir. & vxor.* Quare a loco non facessit, quod iuramentum debeat seruari, si non vergat in detrimentum salutis aeternae, *c. si vero, & c. cum contingat, de iur. iur. c. debitoris, de vsur.* quod tutus sit in dubiis animae, quam bonis consulere, *c. inuenis, de sponsal. c. venerabilem, de electio.* Nam hoc quidem verum est, si legitimum iuramentum, si non contra bonos mores: vt ante diximus. Neque quicquam prohibet, neque est seruandum sit iuramentum, cogi possit qui exegit remittere, & datum restituere, *d. c. debitoris, & c. 1. de vsur.* Et actus contra iuramentum tenet regulariter, licet qui inrauerit sit periurus, nisi gratia iuramenti ei fiat, *c. dilectus, 1. de prob.* Neque s. loco validum iuramentum capitis, quamuis pactum de pactis in Sexto simili negotio adiectum dicitur in datione inter coniuges: neque enim similes sunt prohibitionis rationes.

De aliis Personis Donatariorum. Cap. 12.

- 1 Iudices munera accipere in Gallia edicto vetantur.
- 2 Munera qua iudices non possunt accipere. eod.
- 3 Donare non possunt iudicibus litigantes, nec ob iudicandum, nec aliis ob magistratum consequendum.
- 4 Donatio quibus facienda non est.
- 5 Donatio non valet facta Tutori, vel Curatori suo a minore.
- 6 Missilia in vulgus quando permissa & prohibita.
- 7 Donationem pro rebus sacris accipere simonia.
- 8 Munera prohibita accipere & dare, qua corrumpunt animos.

Regis & constitutionibus nostris in hibitum est, ne iudices a quocunque subdito, vel litigante accipiant cuiuscunque ordinis sint, seu inferioris, aut curiae superioris munera, quibus deprauari iudicia eorum possint, *constitutio. Phil. Pulcri, in primis artic. 7. Caroli 7. artic. 118. & 119. Caroli 8. artic. 16. & 18. Ludo 12. in publica. 249. art. 140.* Atque pragmatice, patroni causarum, procuratores, qui in largitionibus his interuenierint, & subfelliis remouent, & omni officio iudicandi indignos in posterum declarant, *in const. Caroli 7. art. 120.* Inhibetur quoque triumuiris capitalibus, ne a litigantibus munera vel pensiones capiant, *const. Aureliacensi artic. 43.* Samuel & ab hoc crimine abiturus magistratu, se immune esse, inter cetera, voluit palam populum docere, *1. Reg. c. 8.* Proconsulibus, quibus provinciae regenda demandatae erant, iustum etiam erat, neque in totum a xenis capiendis abstinere debere, neque auare modum xeniorum excedere. Quod valde inhumanum esset a nemine accipere: sed passim, viliissimum

& per omnia auarissimum. Mandatisque continebatur, ne domus, vel munus ipse pro consul, vel qui in aliquo officio est accipiat, eumque quid: nisi vsus quotidiani causa, quae non pertinere Vlpianus ait ad xenias, sed ad ea quae eduliorum excedant vitum, *17. in l. solet, 6. de offic. proconsul. l. 1. P. tit. 16.* Et Modestinus, plebiscito continetur ne quis praefidum, munus, donum ve caperet: nisi esculentum poculentumve, quod inter dies proximis prodigatur, *l. plebisciti. 18. de offi. pra. lib. 1. P. tit. 19.* Claudius Caelar praefectum quandam provinciae, propter dona capta exilio puniuit, omniaque eius bona praefecturae tempore acquisita, in publicum redegit, *Dioc. Cass. l. 60. hist.* Ob iudicandum ne quid acciperetur prohibitum, & castigatum lege Iulia repetundarum, in proprio capite in criminibus explicauimus, nam aiunt *ubi dicitur dicitur dicitur dicitur, dicitur persuadere Deo sermones.* ¶ Prohibitum etiam olim pro conficiendis magistratibus largitiones facere, *l. fin. ad leg. Jul. repetund.* alioquin lege Iulia de ambitu locum habente, de qua in criminibus diximus proprio capite de ambitu. Exstat & titulus in l. 12. C. publicae laetitiae, vel consulum nuntiatores, vel insinuatores constitutionum, vel aliarum sacrarum, vel iudicialium literarum, ex descriptione, vel ab inuitis, ne quid immodicum accipiant.

¶ Malis largiendum non esse antiqui Ethnici quoque, talsunt, 3 Boius, inquit Ilocrates, benefica. Nam bonus thesaurus apud hominem virtutibus praeditum, debitum beneficium est. Quin malos beneficium confert, idem patitur cum eis qui alienas carnes cibant: illae namque periunde dantes ac occurrentes allatrant. Sic mali commodantibus aequae ac laedentibus vim faciunt, *Stoicus, in Parranese, ora. 1.* Soidas auree, ne benefacias, inquit, seni, nec puero inuide, nec loquaci muliercula, ne vicini cani, ne garulo remigi, *Suid. in verb. 278. C.* ¶ Sancitum constitutione regia Francisci primi, omnes donationes nullas, & inuitiles esse, quae finita minoribus tutoribus, aut curatoribus suis, aut administratores seu custodibus suis, *constitut. Francisci 1. anni 1539. art. 13.* Et quod nec iure ciuili contractus inter has personas inuiti efficaces sunt, *l. 1. & l. pupillus, §. item ipse, de aucto. prest. P. facit l. 1. de contract. iud. §. 1.* Solebant consules, vbi erant designati, vel renuntiat, missilia in vulgus spargere, habenda gratiae populo causa, vt ait Leo Imperator, *constitut. 1. 4. in nouellis Iulianiani, l. 2. de consul. & non spargendis pecun. §. l. 12. C.* At postea prohibuit Marianus Imperator, ne quid aeris in populum spargerent: sed statutam pecuniam ad reparandum vrbis aquaeductum dependenter, *novella 105. de consul. lib.* quam legem rursus abrogauit Iustinianus, *101. 1. quae. 1.*

¶ Pro rebus sacris, vel pro sacramentis munera accipere, vel petere, iam non est quod moneam esse prohibitum, *can. et quae simoniae, §. in hoc itaque, de simonia.* quia simonia sit, de qua proprio titulo in criminibus diuinae in minutae maiestatis, dictum est.

¶ In summa quandocunque suspicio est deprauationis animi, per munus largitionem, inspecta qualitate personarum, & rerum, & quantitate, *Deute. 16. Exod. 23.* improbantur donationes. Munera namque excacant oculos sapientum, & mutant verba iustorum, *Ecclesiast. c. 20.* impios & viros sanguinum, David dixit habere dexteris repletas muneribus, *Psal. 25.* Qui proicit, inquit Iesaias, auaritia ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere, ipse in excelsis habitabit, *Esa. cap. 33.* Quia munera de sinu impius accipit, vt peruertat semitas iudicii, *Proverb. 17. 17.*

*Et diffidit portas
Vrbium, vir Macedo & subruit amulos
Reges, muneribus: munerum namum
Sanos illa queam duces. Horat. in Odis.*

De Forma donationis. Cap. 13.

- 1 Donatio consensus & dantis & accipientis perficitur, inter presentes & absentes.
- 2 Quibus verbis eod.
- 3 Et ex Conuentione legem accipiunt, & qua pacta eis apponuntur.
- 4 Donationis insinuatio qua, & quando requiritur.
- 5 Coram quo fiat iudice.
- 6 Et quare inuenta.
- 7 Quae donationes insinuari debe nt.
- 8 Soidas in iure quid.
- 9 Libra auri quot aureos nummos recipiebat. eod.
- 10 Marca auri sicum, & auri sicum quot uncias habent, & quid vncia.

- 9 Et quando auri solidi.
- 10 Donationes que in infirmatione non egebant.
- 11 12. 13. 14. 15. & 16. M. libris facte aliquae, & quando, largitiones.
- 17 Infirmatione sunt omnes donationes iure Gallico.
- 18 Infirmatione quae in infirmatione non egebant.
- 19 Infirmatione donans quando cogitur consentire.
- 20 Donationis faciende ex diversis rationibus formula.
- 21 Thingare Longobardis quid.
- 22 Donatio a la Paraille, Longobardis lannechild. eod.

1 **C**acepat donatiorem: ideo fieri potest inter abfentes, *ca. si tibi abfenti, de prob. in Sex. per nuntium*, & per epitolum, & acceptante. *abfenti, de dona. P. l. abfenti, & l. si aliquid, & l. don. C. eod.* tabellione pro alio, *l. si quis in emancipatum, C. eod.* Nuda enim ratio donatio: em non constituit, *l. nuda ratio, de don. P.* Et perficitur cum donator suam voluntatem scriptis, aut sine scriptis manifestaverit, *§. perficitur de don. ap. l. i. §. per verba praesentis temporis, vt dono, do sicque nunc & nudo pacto, & sine stipulatione, aut traditione, quae olim requirebantur, §. ad exemplum, eo. tit. & l. si quis argentum, §. si de don. nec tamen praetextu absentiae eius cui donatur, reuocabilis efficitur, *d. cap. si tibi abfenti, & l. velis necne, 6. de reuoc. don. C.**

2 **¶** Donationes vt reliquae pactioes, ex conventionem legem accipiunt, *l. si conueniat, de pos. in P.* quomobrem quid placuerit inspicie. idum est interdam enim ea lege donatur, vt alimenta donatarius donanti praebear: quare illis non praestitis, reuocatur donatio, *l. C. de donatio. que sub mod. Interdum, vt post mortem donatarii, res donata ad donantem redeat, l. 2. de don. que sub mod. C. vt donatarius mutuo statim redonet donatori, l. qui id quod, 3. §. 1. de don. P. l. si tibi pecuniam donassem, l. 20. de reb. creat. P.* Sunt his similia, quae apponi possunt donationibus, d. si sunt, non postea quam factae sunt. Quia perfecta donationes inuito altero contrahentium, neque diem, neque conditionem recipiunt, *l. perfecta, C. de don. que sub mod. l. de solutio facit, l. cum dos, de pact. dot. l. tempore, de pact. int. emp.* Et sub modo factae statim valent, quamuis modus impletus non sit, nec impletur: non enim donatum propter non impletum repetitur: nisi dictum sit, *e. veram, de condit. apposi. l. si vt proponis, de condit. ob caus. dat. dist. l. 2. de don. que sub mod. l. Meus, de man. testa. vel coactus renuat letisfacere conuentioni, tunc enim rem donatam condicere licet, l. 1. de donat. que sub mod. l. ea lege, de condit. ob caus. da. Conditio quoque apponitur donationi, quae & suspensio dicitur, vt non valeat, donec conditio impleta sit: quia haec est natura conditionis in omnibus. *l. qui heredi, §. si, & l. qui sub conditio, de condit. & demon. l. hac venditio, de contr. emt. l. si tibi legatum, de lega. 3. cum simit.**

3 **¶** De forma iuridicali aliarum donationum iure ciuili est infirmatio, seu profectio facta in acta publica. Infirmatio, est donationis iam factae, & in scripturam redactae, eodem tempore quo fit, vel alio apud iudicem competentem facta publicatio, vel testificatio. Primum enim iubeat leges in scripturam redigi donationem, eamque completi & nomen donantis & donatoris, & rei donatae & ius donatum, *l. donatio sine d. re. l. a. §. in conscribendis, C. de donatio.* Potest tunc infirmari cum fit, & postea, vt in donatione ante nuptias facta apparet, quae potest infirmari tempore nuptiarum, *l. si §. pen. de don. ante nup.* Auctoritas potest per infirmationem accedit publica, coram iudice preclata, & firmata donatione, & inter acta publica descripta, *d. l. donatio, & l. data, C. de donat.*

4 **¶** Iudex idoneus qui adiri in hac infirmatione debet, est in ciuitatibus magister celus, in aliis locis, vel municipales, vel praesides provinciae, *l. in l. hac sacratissima, C. de donat. nec coram incompetente, vt dicunt, facta, valet infirmatio, l. secundum diu. Leonis, Cod. de dona. ne turbentur promiscue in actibus officia certis distributa, l. consulta diuina, §. repetita, de restam. o. peruenit, r. q.*

5 **¶** Fueruntque adiuuente istae infirmationes, ad euitandas fraudes, quae fraudes frequenter accidunt donationibus, non solum in factis inter extraneos, sed & inter coniunctas personas. Si quidem, inquit Constantinus, domesticis ac clandestinis fraudibus facile quidam pro negotio opportunitate confingit potest, vel id quod verum gestum est, ab eleri, *l. data, C. de dona.* Facit & quantitas summa maioris: quia maius dampnum & periculum in summa maiore: ideo cautius est agendum, *c. ubi periculum, de elect. & maior solemnitas est adhibenda, l. si iunior, l. glossi cor. pet. a. canct.*

sed nouo iure, eod. tit. §. oportet vero, de instr. fid. & caut. coll. 6. Accedit quod in his, quae coram iudice fiunt, dolum & metum abesse praesumitur, *l. pen. quod met. can. P. l. 2. C. de pradiis & aliis rebus minor. l. si quos spontaneos, de decur. li. 10. C. quare & ad probationem sufficientem donationis, iufficiunt acta illa sola publica, l. in donationib. C. de don. Sed & partes in ea iudicis sunt, *Petr. de Ferrariis, in praxi, tit. de don. inquirere de causa donationis: & donanti explicare, donare esse perdere, l. filius familias, de don. & multos patrimoniam effudisse in consulte largiendo, & inde se qui furta, & rapinas, deficientibus propriis, vt ait Cicero, in Offi.**

6 **¶** Olim donationes fere omnes iure ciuili exige bant infirmationem, quamuis antenuptiales essent, quae ascendebant ad summam vsque ducentorum solidorum, *§. cum retro, de don. ap. l. infirma.* Postea Iustinianus statuit, vt illae tantum infirmarentur, quae trecentos solidos excederent, *l. sancimus, C. de donat.* Postremo tamen loco cautum, vt non nisi illae, quae summam quingentorum solidorum excederent, necessitate infirmationis teneretur, *l. pen. §. fina. C. de dona.* quod ante erat tantum singulari in donationibus ad pias causas factis, quae valebant etiam sine infirmatione vsque ad quingentas libras, *l. illud, de sacrosan. eccl. C. Obseruata tamen in aetimatione rei, non computari fructus eius, nisi ipsi seorsum donentur, l. in ad. 9. §. ex rebus, de dona. P. l. cum de donatione, r. c. tit. Sed & illud in infirmatione obseruatio dignum est, quantitatem seu summam 500. solidorum vnus tantum actus donationis esse debere, antequam egeat infirmatione. Nam nihil prodest, ad infirmandam donationem non infirmatam, dicere plures donationes ab eodem eidem factas diuersis temporibus, quae si cumulerent summam quingentorum solidorum, vel maiorem redderent summam, *l. sancimus, §. si quid autem, C. de dona.* Nam si singula seorsum factae legitimam illam non excedant quantitatem, non egent infirmatione, *in l. sanatus, §. fin. de dona. cau. mortis.* dummodo plures donationes vnica stipulatione non fuerint factae: vna enim tunc erit donatio, *l. si duobus, l. 3. communia de lega.**

7 **¶** In constitutionibus Iustiniani solidi auri intelligendi sunt, qui eo tempore seculi erant praefectorum aureorum, ita vt triceni solidi vicienos aureos valerent, teste Budeo, *lib. 5. de Affe.* Tempore Iustiniani, argenti libra aestimabatur quinque solidis auri, *l. 1. de argen. precio l. b. auris inferendo, lib. 10. C. & viginti auri librae, vno solido auri, l. de colla. aris, lib. 11. C.* Tempore Vlpiani, & Hermogenis, qui vixerunt tempore Alexandri Caesaris, nondum immutata praefici numismatis forma, nisi in paucis scriptulis, centum auri erant pondo duarum librarum auri, *de quibus in l. de variis & extrordin. cogni. §. in l. nonnulli, de accus.* Postea fuerunt 72. auri in libra auri positi, *l. quotiescumque, de susceptor. & archur. lib. 10. C. ¶* Diuersam tamen hanc libram aurificum notat esse a libra alicuius artificum Molinæ, *in sine tract. de vsur.* & in hac esse duas marcas. Quae libet marca artificum habet 9. vncias: quae libet vncia grossos 8. quod libet grossum 3. denarios: quilibet denarius 24. grana. Communiter auri pondus, valet duodecies quantum argentum.

8 **¶** Dicitur porro auri, Solidi nomine, a tempore Alexandri imperatoris: siquidem is vectigalia publicaita contraxit, vt qui decem aureos sub Helio gabalo praestiterant, tertiam partem auri praestarent, hoc est, tricesimam partem, habita ratione decem aureorum: tunc & semisses & tremisses formati sunt, vt scribit Lampridius, *in vita Alex.* Quomobrem & tunc auri, qui diminuti non fuerunt, dicti sunt solidi, id est, integri auri. Atque & subinde tempore Iustiniani dictos fuisse aureos, & solidos, constat ex collatione duarum legum, quarum vna libertum, qui patrum in ius vocauit venia non impetrata, condemnari in 50. aureos tradit, *l. si libertus, & l. in cum, de in ius voca. P.* Iustinianus autem & de eodem l. quens liberto, & in eadem specie, 50. solidos nominat, *§. si de panis temere litigan.*

9 **¶** Ex his igitur colligimus infirmandas esse donationes, quae excedunt quingentos aureos: intra autem illam summam factas, non infirmari iure ciuili. Verum secundo loco infirmatione non egent donationes cuiuscunque summae sint, quae in redemptionem captiuorum fiunt, *l. pen. C. de donatio.*

10 **¶** Nec 3. illae quae fiunt a ducibus militibus, *d. l. pen. fiebant* enim largitiones militibus, vel ex praedia hostium, vel ex publico: vocabanturque aliquando donaria clauitium, *Tacitus meminit, & Ouid. Clauis mensura coacta est, congiarium, meminit Herodia. in s. ubi de Helio gabalo.* quod in principum inaugurationibus plerumque largitio militaris, vel castrensis militibus a principe

febat, ob res benefestas. Fiebat & in aliis publicis largitionibus donationum militi, sicut & conuocatum plebi, vide Tacitum 12. § 14. Herodot. lib. 3. § 4. Lampridius in vita Alexandri. Dona amplissima imperatorum, ac fortium ciuium, ut scribit Plinius, lib. 18. biff. Nat. c. 3. quantum quis vno die plurimum circumdauisset: item quartarii farris, aut heminae, conferere populo. ¶ Quarto, insinuacione non egent cuiuscunque quantitas sint donata, iis quorum domus incendio, vel ruina corrupta sunt: ita tamen ne pecuniae in aliam rem, quam in refectionem conuerse earu fuerint, d. l. pen. de dona. C. ¶ Quinto, non insinuantur donationes imperiales: siue illae fiat a principe priuatis, d. l. sancimus. C. de don. siue a priuatis principi, aut ben. stem. a priuatis, C. eo. de dona. vel inter Augustum & Augustam, l. pen. C. de don. inter vir. & vxor.

14. ¶ 6. Nec donationes ante nuptias iure Codicis: si ipse sponsa, quibus donatum est, minores sint, & patre destituta, l. minori. bus. de donat. ante nup. C. contra si maiores essent, l. si simil. g. modo. de don. ante nup. Quamuis iure Nouellarum promiscue, quod pertinet ad lucrum vxoris donationes ante nuptias valeant, sine vlla insinuacione, non etiam quod ad maritum pertinet, §. 1. ut sponsalitia largit. prop. sit contractus, col. 9. au. he. eo. decursum C. de do. ante nup. ¶ 7. Donatio quae ad remuneracionem fit, vel ob defensionem salutem, non eget insinuacione, l. si pater. §. si. Et l. Attilius, de don. P. Quia ea quae remuneracionis causa, vel ob causam sunt, proprie liberalitatis nomine, & donationis proprie regionum continentur, hoc iure, §. perfici, de donat. in P. nec ea quae in alieni fundi, vel rei cultura scienter impendit, quae donare videtur, at non voluntate, sed iure ipso cogente, & ita statuente. In fundo, & l. redemptores, de rei vin. P. Idipsum in indebito soluto, in pacto quod de non petendo, etiam ex causa lucratiua, si donacionis, C. de don. gl. in l. si. C. ad Maced. si. ut l. quidam in iure. in princ. de dona. P.

16. ¶ Octauo, non eget etiam insinuacione, ea quae mortis causa donantur, quae vicem relictae causa mortis habent, & quae transferunt in vim legati, l. donationes quas parentes, §. 1. de don. int. vir. & vxor. l. si. C. de don. cau. mort. nouella. 87. §. nam cum faciant ¶ At iure Gallico ex constitutione Francisci primi, in const. Fran. prim. publica anno 1539. art. 122. & 133. statuitur, omnes donationes in iudicari debere apud actum cum ordinacionum locorum, ubi sitae res donatae sunt, vel ubi degunt contraheutes, alioquin declaratis nullis donationibus, nisi a tempore insinuacionis, nulla distinctio minoris, vel maioris summae adhibita. Et quia plerique ambiguis interpretationibus mentem constitutionis distrahant, litemque veluti ex equo Troiano inde egeriebatur, placuit principi Carolo 9. in constitutisomb. Moinesib. latus anno 1566. ar. 38. apud Molinenses statuere, & interpretari edictum aut necesse est iudicari ad esse impostam omnibus quibuscunque donationibus, siue illae essent inter viuos, siue mutuae, seu reciprocae, siue in fauorem matrimonii, siue ob causam onerosam, & cuiuscunque alterius generis, videlicet a die quo fiunt, intra quatuor menses, si res & personae contraheutum regni fuerint extra regnum, intra sex menses, alioquin eas renuntiant inutiles, & sine effectu, & actione. Et proinde, & donatio facta in praemiu emancipacionis filio, in quantum legitime summam & modum excedit, egreditur insinuacione, iuxta l. si quis emancipatus, C. de do. notatur late q. Tholo. 460.

18. ¶ Ceterum scrupulus remouendus est, num iuramento possit renuntiare insinuacioni, iuramento adhibito, ut quamuis insinuata non sit, nequeat renouari? In quo Guido Papae tradit posse iuramento remitti insinuacionem, & ita fuisse iudicatum in curia suprema Gratianopolitana, Guid. Papa. decisio. 351. §. 4. Is tamen contrarius sibi est in singularibus suis, Singula. 346. §. ex bu. Videtur & sententiam priorem sequi Ioannes Faber, in §. alia, de simo. Ioannes Andreas in additionibus ad Speculatores, tit. de instrumentor. editio. §. porro. dum modo dolo, vel metu non fuerit iuratum. Quae admodum, inquit, quando quis nequit iurare privilegium sibi concessum, tamen si renuntiationi adiacit iuramentum, sequimur iuramentum, ut in mulierum contractibus alienationum apparet, cum contingat, de iure iur. ap. Grego. c. licet. eo. tit. in Sex. Et videtur insinuacione iurata in fauorem dantis, ne decipiatur: & proinde, ut putant, poterit ab illo iurata remitti, cum prouiso hominis tollat prouisionem legis, l. si de pact. onen. C. Contraria tamen sententia verior mihi videtur, ut non valeat donatio sine insinuacione, quantumuis fuerit iurata insinuacioni renuntiatum: ut Paulus Castrensis quoque ratus est, in 1. parte consilior. consil. 97. & Ioannes Andreas, in addit. ad Specu. §. porro. in fi. de instrumentor. editio. Baldus, in l. vlt. de sacros. e. ole. C. §. in l. 2. C. de in possessio. legat. & in l. data, C. de donat. Bartolus, in l. Mude-

stinus, de do. in P. & in l. sancimus, §. si. C. eo. tit. & alii, vide Cyn. in l. si quis pro redemptione, C. de donato. Quia enim haec solemnitas insinuacionis est de substantia actus, non poterit ea remissa actus subsistere, l. cum hi §. si praetor ad ius, de transact. P. l. ubi tra. donatur de do. cau. mor. P. l. cum precario, de precario. P. Et cum haec insinuacio non tam in fauorem donantium inducta sit, quantum in odium fallentium, qui aucupantur bona aliena illicitis artibus, d. l. data, C. de dona. ideo nec poterit remitti iuramento, ne illud fiat vinculum iniquitatis, c. quanto, de iure iur. Non fecus quam inuitilis est remissio fecatus consulti Macedoniani, quam facit filiusfamilias mutuum accipiens: cum non tam in fauorem filiorumfamilias, quantum in odium feceratorum senatusconsultum factum fuerit, l. tamen si non opposita, §. l. 1. ad senatusconsult. Maced. neque malitiosis hominum indulgentum est, l. in fundo, de rei vind. P. & inter est reipublice, ne quis etiam volens, re sua male vtatur, l. 1. de iis qui sunt sui vel al. iur. P. atque ideo ei qui voluerit a donatione non insinuata & iurata abire, facile gratiam iuramenti facientem arbitror. Et proinde etiam non sufficit in fauorem iuramentum fuisse, eam insinuata: sed oportet de insinuacione, si de facere: quia quod de solemnitate est, oportet probare interuenisse, l. cum satis, de agri. & cens. tutoris, de adm. tutor. C. ¶ Puto tamen in tra tempora insinuandi, donatorem posse cogere donantem, ut consensus praestet insinuacioni, si pollicitus est in donatione. ¶ Forma alia donationibus faciendis, ex more regionum ubi fiunt, impositae sunt, ut apud Longobardos Caroli Magni lex. Si quis Longobardus statum humanae fragilitatis precogitans, de rebus suis profalite anima charitatem donationis quamlibet facere voluerit, non sicut habentis fieri solebat, suis sibi eandem rem vendendis, commutandi, & per aliam charitatem alienandis reseruet: sed absolute vnusquisque de rebus suis faciat quod velit, & nouerit a nostra auctoritate sibi penitus interdictionem, duas de eadem re facere donationes, & postquam vnus fructum per precarium retinere, in capitulis additis ad leges Longobardorum per Carol. Magn. c. 1. Alia eorumdem lex a regem L. thatio lata. Si quis res suas alii vinctare voluerit, non obsequio, sed ante liberos homines ipsum garantix, (id est, clarum donationem,) faciat, quatenus qui ibi ngat, (id est, donat vnuerfata, vel simpliciter,) & qui gisiles (id est, testes) liberi sint, ut nulli in posterum oriatur conuenio. l. 1. de donationib. quae cu ibi ngatione, id est cu donatione vnuerforum seu simpliciter sunt, vel cum lannechbild, id est specialiter, vel ob remuneracionem, l. 2. legum Longob. ¶ 7. Habet Longobardi speciem donationis remuneracionis, quam vocant lannechbild, Galli vocant, (vne paruelle.) In legibus Longobardorum de ea lex haec. Si quis res suas cuiuscunque donauerit, & postea qui donauerit, lannechbild requiserit, tunc ille qui accepit, aut heredes eius, iurenti quod lannechbild reddiditum sit. Et si ausus non fuerit iurare, quod compositum reddat ei fructum quidem, (id est, simile quantum in illa die fuit, qua datum est) & si iurauerit sit absolutus, l. si quis res suas, 3. eod. tit. de donat. l. 2. Longob. ¶ Forma donandi in iure recepta est, ut donatis & traditis instrumentis emtionum rerum, res illae donatae censentur, l. 1. C. de do. Item si quis patitur sciens res suas ab alio veluti proprias in censum deferri, donasse videtur, l. censuatis, 7. §. l. si praes, 8. C. eod.

De Donatione causa Mortis. Cap. 14.

Lib. 2. Instit. tit. 7. Lib. 39. P. tit. 6. Lib. 8. C. tit. 57.

- 1 Donatio causa mortis quid.
- 2 Differentia eius, & mortis causa capionis. Mortis causa capio quid, eod.
- 3 Eius tres species.
- 4 Donare quae persona causa mortis, & quibus possunt.
- 5 Forma.
- 6 Donationis causa mortis finis & causa.
- 7 Donationis causa mortis effectus: eius perpendit mortis tempus, non donationis finis.
- 8 Donatio causa mortis quomodo renouari potest.
- 9 Et quando irrenouabilis.
- 10 Quod in ea substitui potest.
- 11 Eiusdem formulae substitutualis.

Donatio causa mortis, aliam a donatione, quae inter viuos valet, formam recipit. Et ea est, quae propter mortis instantiam fit suspicione: cum quis ita donat, ut si quid humanitus contigerit, haberetis qui accepit, si autem superuixerit, is qui donauit acciperet, aut si eum donationis penitus esset, aut prior decefferit, is cui donatum sit causa mortis causa, de dona. ap. Iust. in l. 2. §. 6. de donat. cau. mor. P. Et in summa haec donatio continetur, ut qui